



Specimen juris gentium inauguralis de modis acquirendi dominii originariis

<https://hdl.handle.net/1874/322925>





Doctrina Miscell.


Quarto No. 192.

Chas

1. Espens, J. F. De modis acquirendi
dominii originariis.
2. Eyk, J. B. Fran. De Iesu Christi
eloquentia, oratori Sacri ini-
tanda.
3. Graafland, H. Hooft. De Staats-
Schulden getoekst aan de begin-
seln des Staatshuishoudende.
4. Permeulen, C. Spec. exhibet
casum congestionis capitis
cum apoplexia oculorum in
nosocomio academico observationem
5. Buys, J. Th. De jure cogitata
communicandi ex iuriis commu-
nis principis regendo.
6. Rappard, J. A. A. Graa. Theses jur. inaug.
7. Thooft, L. id
8. Laan, J. C. G. C. id
9. Bosch, L. C. id







SPECIMEN JURIS GENTIUM INAUGURALE

DE

MODIS ACQUIRENDI DOMINII ORIGINARIIS.

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY
OF TORONTO LIBRARY

SPECIMEN JURIS GENTIUM INAUGURALE

DE

MODIS ACQUIRENDI DOMINI ORIGINARIIS,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

BARTH. JAC. LINTELO DE GEER,

PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCTOR., ET PROF. EXTRAORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO ET SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

GEORGIUS FREDERICUS ESSERS,

Samaranga-Indus.

AD DIEM XX. M. JANUARII ANNI MDCCCLI, HORA. I.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD
J. VAN BOEKHOVEN,
MDCCCLI.



Родионъ ильинъ архимандритъ

Свѣтлую царю рожденію, аще

Ангелу твоего избраника

Слава Господа Иисуса Христа

Духъ святаго да благословитъ

Свѣтлую царю рожденію, аще

Ангелу твоего избраника

Слава Господа Иисуса Христа

Духъ святаго да благословитъ

Свѣтлую царю рожденію, аще

Ангелу твоего избраника

Слава Господа Иисуса Христа

Духъ святаго да благословитъ

Свѣтлую царю рожденію, аще

Ангелу твоего избраника

Слава Господа Иисуса Христа

Духъ святаго да благословитъ

Свѣтлую царю рожденію, аще

Ангелу твоего избраника

Слава Господа Иисуса Христа



PARENTIBUS
OPTIMIS CARISSIMIS

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS
D. D. D.
A U C T O R.

•Die schwerste und verwickelteste Frage von allen, im ganzen Völkerrecht, ist die von der Besitzergreifung, von der Niederlassung auf fremdem Gebiet, von neu begründeter Herrschaft und den Verhältnissen zu den Eingeborenen, von Colonisation, von Collision, Begegnen und Eifersucht.“

Critik des Völkerrechts.

H. C. FREIHERR VON GAGEN.

P R A E F A T I O.

Summos jamjam in Jure Romano et Hodierno capturus
honores, lubenter hanc solemnem arripi occasionem, ut
iis gratum significem animum, quorum benevolentiam cum
in puerili aetate, tum in hocce Academicco curriculo quam
maxime expertus sum.

*Et quidem primum me in Vos convertere, Parentes !
jubet et animus meus et pietas. Nam non tantum inde a
teneris et a quo possum repetere tempore, summo amore
me amplexi estis, optimique vitae duces exstitistis, verum
etiam omnibus, quibus puerilis aetas impertiri debet doc-
trinis erudiendum curastis, et egregiis ad bene vivendum
praeceptis, veraeque humanitatis sensu me imbuere stu-
dulistis. Desunt verba, quibus pro sollicitudinis et cura-
rum magnitudine, aequae et satis digne gratam vobis testi-
ficer mentem meam. Scio tamen iis non opus esse, ut bene
teneatis me vos diligere, venerari. Quantum vobis supersit
vitae spatum, utinam longum, felix sit ! favente quidem
Deo, quem enixe precor, beatum reddatur meo amore et
cultu.*

*Officio et pio et dulci fungor, Vobis, Viri Clarissimi !
quos mihi in hacce Academia versanti Praeceptores habere
contigit, gratias, quas possum maximas agens pro egre-*

gia vestra institutione; liceat mihi aliquando factis monstrare, non plane inutiles mihi evasisse lectiones vestras.

Tibi praesertim, Clarissime Vreede, Promotor aestimatissime! quantum debo vix effari possum. Nam in elaborando meo specimine tanta fuit tua benevolentia et humanitas, ut quid magis admirer, vel doctrinam, qua me adjuvasti vel comitatem, qua quotiescumque te adie- rim me excepisti, plane nesciam. Persuasum tibi habeas, me per totam vitam ob hancce tuam benevolentiam, tibi devinctum fore.

Vos denique, Amici Carissimi! quorum familiaritate et quotidiana ferè consuetudine, per longum annorum spatium frui mihi licuit, moerente animo valedico.

Demonstrate igitur, amicitiae non vanum esse nomen, sed esse conjunctionem animorum, quae nulla vitae conditione, nullis mutationibus disjungi queat. Hocce igitur vinculum et postea intactum maneat, ut quocumque


*nos dejiciant fata, animis tamen conjuncti esse per-
gamus.*

TRAJECTI AD RHENUM

XXIII m. Decembris MDCCCL.

C O N S P E C T U S

	Pag.
PRAEMONITA GENERALIA	1.
§ I. INVENTIO	9.
§ II. OCCUPATIO	19.
§ III. DERELICTIO	36.
§ IV. PRAESRIPTIO	48.
§ V. UTI POSSIDETIS	55.
§ VI. LABOEAN. BORNEO	57.



PRAEMONITA GENERALIA
DE
ACQUIRENDO RERUM DOMINIO
JURE GENTIUM.

Natura non magis Nationibus, quam singulis hominibus, propriam hanc illamve orbis partem dedit; verum eo consilio, ut ad perfectionem tenderet genus humanum, facultatem iis tribuit omnibus utendi bonis, quibus cum ad victum, tum ad cultum necessarium foret.

Omnes res igitur initio domino¹⁾ carebant (res nullius), licebat autem singulis hominibus indiscriminatim iis uti; immò cuique patebat omne id acquirere, quod sibi necessarium videretur. Quicumque rem ita occupaverat, ad eum res pertinebat, quamdiu ea frui vellet; aliis jus relictum erat, vacuis adhuc rebus eodem modo potiendi.

1) *Grotius*, De Jure Belli et Pacis. I. II. c. 2.

Pufendorf, Jus Naturae et Gentium I. IV. c. IV. § 5. coll. G. T. *Raynal* — Hist. Philos. et Politique des Établissements dans les deux Indes. T. III. p. 366 sqq.

Hic fuit modus dominii acquirendi *originarius*, qui a Juris Naturae et Gentium scriptoribus *acquisitio originaria* appellatur. Non mirum est, modum illum originarium¹⁾, crescente incolarum multitudine, non diu exstitisse. Exinde autem obtinuit aliis acquirendi modus, scilicet *acquisitio derivativa*, quae tum adest, ubi res traditur aut tacite²⁾ aut ex conventione.

In res autem occupatione primaria acquisitas, nemo jus habet, nisi rursus nullius factae sint, quod accidere potest aut derelictione voluntaria, aut translatione juris in alterum, quae *alienatio* vocatur. Illam autem distinctionem, acquisitionis nempe originariae et derivativae, omnes agnoscunt Auctores, quod nobis utile visum est hoc loco memorare.

Jam vero, quod ad occupationem attinet, haec non requirit perpetuam detentionem, quippe quae omni tempore locum habere nequeat; debet tamen esse efficax, ita ut animus rem sibi habendi et subsecuta apprehensio corporalis palam appareant, atque hisce indicis res occupata ab aliorum usurpationibus tuta sit. Occupatio quippe requirit certos quosdam actus, qui utrumque efficere possint.

1) Vdr. J. er. Bentham — Traité de législ. Civile et Pénale T. I. P. II. p. 342 des événements ablatis et collatis. cfr. ibidem p. 338, 341.

2) J. L. Klüber. Droit des Gens moderne de l'Europe T. I. p. 193 §. 125.

Quod ad animum attinet, omnino necessarius est ad possessionem acquirendam. Ostendendo animum, unusquisque declarat, se p̄ae aliis in certam quamdam rem incubuisse, ita ut si huic cogitationi actus quidam externus accedat, aperte demonstretur quoque, se jus aliquod in talem rem exercere velle, quod jus apprehensione corporali innescit. Solus autem animus non potest sufficere, neque occupatio sine animo¹⁾ sibi habendi; statuendo animum unicè sufficere ad apprehendendam possessionem, innumeris litiibus ansa daretur.

Non magis valida videtur acquisitio, nixa solo titulo primi visus alicujus rei, puta terrae repartae²⁾. Sane non adeo absurdum poterat hoc videri olim, cum orbis terrarum nondum undequaque esset habitatus; nostris autem temporibus ridiculum foret. Possim quidem credere, occupationem fieri oculis, sed tantum Jure Civili, nempe casu, quo translatio dominii jam praecessit. Si fundum cuidam vendidi, demonstrans eum ex celso quodam loco, veluti turri; tum ille, cui fundum tradidi, recte possidere dicetur,

1) *Grotius.* — De J. B. & P. I. II. c. II. § 11 «nec animi actum sufficere, sed actu externo esse opus, unde occupatio possit intelligi.»

Idem I. II. c. II. § 2. 3º «res, inquit, non propria sit animi actu solo. Nam neque scire alii poterant, quid alii suum esse vellent, ut eo abstinenter.»

2) Klüber, op. I. p. 195 § 126.

quod oculis tantum lustravit¹⁾). Hoc autem strictim ad nostrum argumentum non pertinet.

Licet *inventio* apud populos etiam recentiores, tamquam justus titulus diu viguerit, persuasum mihi teneo, ut primum possessionis, dein dominii talis terrae vera adsit notio, omnino plura requiri ultrà inventionem.

Verosimile quidem est, me terram vidiisse ante alios; quo autem modo ostendam jus mihi soli competere, nisi certa adsint facta, quibus aliorum usurpationes arceantur? Tum demum, scilicet casu, quo signa adsint manifesta, actus externi, me non solum invenisse sed etiam mihi adseruisse, rem repertam meo usui accommodare velle. Audias quid hac de re, centum abhinc annis, statuebat Hutcheson²⁾: »Cultura requiri videtur in re occupata. Qui res sua sponte, sine cultura, homini utiles aut jucundas, sive pro naturali sui conservandi appetitu, sive animo in alios benevolo, primus occupavit, primus eas oculo cer-

1) F. C. von Savigny — Das Recht des Besitzes (1837) p. 236.
»Aus demselben Grunde ist es ferner nicht einmal nöthig, in das Grundstück einzugehen: denn wer dicht daneben steht, und das Ganze übersieht, hat nicht weniger Gewalt darüber, als wer wirklich hineingegangen ist.»

L. 18 § 2 Pand. de Poss.

2) Fr. Hutcheson — Philosophiae moralis institutio compendiaria libris III. Ethices et Jurispr. Natur. Elementa continens. (Glasguae 1745) Cap. VI. p. 156, 157.

nendo, manu aut instrumento mox arrepturus; vel sua solertia et labore includendo, aut quacumque ratione, humanis usibus proprius admovendo; ideo censetur earum dominus, quoniam si alius quispiam, qui sno se labore sustentare posset, res ita occupatas huic eriperet, ipsiusque spes et conatus redderet irritos, ab omni humanitate recederet, societatem vitae abrumperet, et perpetuis contentiobibus materiam esset praebitus.»

Quae principia jam pridem propugnabant majores in disceptationibus cum Anglis¹⁾.

Necesse itaque est, ut statuamus, cum inventione²⁾ conjunctam esse debere occupationem, quoquomodo haec facta intelligatur. Hac demum ratione, si jus nostrum actu

1) V.d.r. Grotius—Epistola ad legatum Regis Francorum Maurerium Ep. ad Gallos (1648) p. 37.

Terram ipsorum (Anglorum) esse non posse, certo arguento evincimus, quod ante annum 1596 nullus eam mortalium esset ingressus. bidem: «illud quoque placet, quod non *animo* tantum, sed et *facto* constitutis possessioni insistere.»

C.f. H. van Beverningk. Verbael gehouden als Gedep. en Ambass. der Staeten Generael, aan de Republyck van Engelandt. (1725) p. 606 «voor reeckeninge van de welgedachte Compagnie zijn *gepossedeert, bewoont, behouwt, behandelt* ende *bevaren*, daerin tot op dato nogh wordt gecontinueert.»

2) Grotius — Mare liberum c. 2 «eam demum sufficere inventionem, quae cum possessione conjuncta est, ubi scilicet res mobiles apprehenduntur, aut immobiles terminis atque custodia sepiantur.»

Hutcheson l. 1. p. 461.

externo contra vim aliorum munierimus, certum nancissemur titulum.

Jam vero occupatio rei immobilis, puta terrae vel insulae, fieri potest aut calcatione soli, aut limitatione. Haec requisita si adsunt, occupatio valida dici poterit, cum ita extra omne dubium positum sit, me non solum animo, sed etiam corpore possidere. Nonnulli requirunt proximitatem possessoris, ita ut rei prospicere et invigilare aut ipse, aut per alios queat; haec tamen proximitas adeo necessaria non videtur, neque ita rigide exigi, cum satis liqueat, me non semper in rei occupatae vicinia esse posse; ideoque, si modis supra dictis possessio apprehensa est, veluti limitatione, satis demonstratur possessio, et caveretur ab aliorum assertione.

Secus non est, si quis limitationem negligens, alia tamen signa¹⁾ luculenta occupationis aut praesentiae in illis locis reliquit. Sic ex more Gentium, semel apprehensa possessio servatur signo appositi vexilli²⁾. Vexillo enim satis demonstratur, hunc illumve populum terram tamquam suam

1). J. J. H a u s. Elementa doctr. juris philos. sive juris natur. (1824) p. 448. § 133.

2). Cur autem aliis signis possessio non servaretur, equidem non video. Vdr. Annales du Parlement Français. T. VI, fasc. 7 Affaire Taïti p. 49, 68, 6 «arboration du drapeau français en signe de prise de possession» p. 88, 36 «Il n'y a que le pavillon, qui puisse représenter la patrie.» (Dupin).

considerasse. Sic Batavi tenent plures insulas in Archipelago Indico, quarum dominium vix alio actu conservatur, quam quod interdum vexillum in altum tollitur, quo ostendant aliis, se re vera has insulas continuo possidere. His vero signis accedat oportet paulatim, habitatio et cultura terrae occupatae; alioquin facile accideret, ut gens alia talem terram jacere incultam videns, ex eo ipso colligeret rem esse nullius, et sibi adsereret, usuique suo accommodaret. Nec et aliud requiritur, quam ut possessor his vel illis actibus ostendat, se rem utilem in usum convertere; nam, si populus insulae^s quidem detegat et occupet,¹⁾ nullam autem inde utilitatem percipiat, certe talis occupatio vana et inepta videatur; quae utique viribus uniuscujusque populi adaptari debet; respectu enim impotentis, nemo facile imperium dimidia orbis terrarum partis agnoscat. Non mirum est itaque, Lusitanos sensim paulatimque dominia in India Orientali amisisse; carebant enim vi et potentia sufficiente tuendarum coloniarum^{2).}

1). Hutcheson l. l. p. 162 «neque primo appulsi in vastam insulam, plurium familiarum capacem, plurimumque cultura egentem, fieri potest unus paterfamilias totius insulae dominus. Quisque recte occupat, quantum poterit *excolere*, inculta manent communia.»

2) Fr. Saalfeld — Gesch. des Holl. Kolonialwesens in Ost-Indien (1812), T. I. passim.

Neque aviditas debet stimulari; nam qui immensam regionem occupatione suam facit, sciat, se non solum extra, sed etiam introrsum potentiam suam corroborare debere. Sed et obligatio hominibus moralis imposita est, ut donis liberalibus Naturae bene et ad salutem promovendam communem utantur; qui igitur plus sibi sumit, quam vires sinant, injuria agit, perrumpit communem hominum nexum et societatem, et non dolendus est, si alias magis industrius partem aliquam sibi subjecerit. Pulcrè Vattel¹⁾): «La culture de la terre n'est pas seulement recommandable au gouvernement, par son extrême utilité; c'est encore une obligation, imposée à l'homme, par la nature. La terre entière est destinée à nourrir ses habitants: mais elle ne peut y suffire, s'ils ne la cultivent pas. Chaque nation est donc obligée par la loi naturelle, à cultiver le pays, qui lui est échu en partage, et elle n'a le droit de s'étendre, ou de recourir à l'assistance des autres, qu'autant que la terre qu'elle habite ne peut lui fournir le nécessaire.» Sic quoque Hutcheson²⁾): «communi, inquit, adversatur utilitati quam maxime, ut unius civitatis superbiae, avaritiae, ambitioni aut luxui, aliarum jura, majestas, libertasque permittantur pessundanda.»

1) Vattel. Du droit des Gens, I. I. c. VII. § 81.

2) Hutcheson, op. laud. p. 163.

Fundamenta¹⁾ dominii jure gentium acquirendi, ad III. capita reducenda videntur.

- I. Ad *inventionem*, quam tamen solam non sufficere,
ostendere conati sumus,
- II. Ad *occupationem* sive jus primi occupantis, et
- III. Ad *possessionem* tranquillam, publicam ac non tur-
batam *rei derelictae* per dimidium saeculi, saltem per
tempus, quod vulgo ad ita dictam *praescriptionem*²⁾
requiritur.

His tribus fundamentis constitutis, singula exemplis
illustremus.

§ L

I N V E N T I O.

Jam statim nobis quaestio occurrit, quae ac qualis in-
telligenda sit inventio? Nempe eorum quae nullius sunt,
nec vero eorum, quae ab alio³⁾ tenentur.

Res debet esse incognita, perdita, aut adeo derelicta,

1) Cfr. H. Wheaton — Éléments de droit International T. I. p. 158, 162, 163, sqq.

2) H. Wheaton — P. I. p. 458, 459 Heffter. Das Eur. Völkerr. der Gegenw. p. 22, 23, 24.

3) Cfr. Grotius, de J. B. & P. I. II. c. 22 § 9.

ut nulla amplius alieni dominii supersint vestigia. Quod autem de re generaliter dicimus, idem valebit de insula¹⁾ vel terra.

Neque strictim Inventio dici poterit, ubi adsunt regionis domini²⁾ indigenae. Qua in re tamen distinguunt nonnulli, utrum pars regionis ita inhabitatae, deserta sit, dein, utrum indigenae illi sint, nec ne agricolae, vel plane barbari, nomades.

Sic Vattel³⁾ «Il en est d'autres, qui pour fuir le travail, ne veulent vivre que de la chasse et de leurs troupeaux; cela pouvait se faire sans contradiction, dans le premier âge du monde, lorsque la terre était plus que suffisante par elle même au petit nombre de ses habitants. Mais aujourd'hui que le genre humain s'est si fort multiplié, il ne pourrait subsister, si tous les peuples voulaient vivre de cette manière. Ceux qui retiennent encore ce genre de vie oisif, usurpent plus de terrain qu'ils n'en auraient besoin avec un travail honnête, et ils ne peuvent se plaindre, si d'autres nations, plus laborieuses et trop resserrées, viennent en

1) Cfr. Heffter — Das Völkerr. im gegenw. Zustand § 70, pag. 125.

2) Cfr. Raynal, Histoire philosophique et politique des Etabl. et du Comm. des Europ. dans les deux Indes T. II. p. 249 (Genève 1780) coll. Heffter l. I. p. 125.

3) Vattel — Op. I. I. c. 18, § 81. Barbeyrac ad Pufendorf I. IV. c. IV. § 4.

occuper une partie. Ainsi, tandis que la conquête des empires policiés du Pérou et du Mexique a été une usurpation criante; l'établissement de plusieurs colonies dans le continent de l'Amérique septentrionale, pouvait, en se contentant dans de justes bornes, n'avoir rien que de très légitime. Les peuples de ces vastes contrées, les parcourraient plutôt qu'ils ne les habitaient."

Vulgo tamen vox *inventio* de terris et terrae partibus, veluti insulis, usurpatur, sive habitata sit, necne: ubi incognita regio in numerum cognitarum transit. Terra igitur proprie deserta, nnnquam cognita,¹⁾ si reperitur, potest diei res nullius, ideoque cedit primo occupanti. Si autem terra,²⁾ incognita quidem, verum habitata est, *inventio* nihilominus procedit; at non ita facile et indiscriminatim jus primi occupantis agnosendum est, quia quod colitur et inhabitatur, vere non est res nullius.

In hypothesi, primaevam exstitisse³⁾ 'communionem,

1) De Groot. — Inl. tot de Holl. Rechtsgel. II. Boek 4e dl. § 33
onbekende landen, die in zee worden ontdekt.

2) G. F. de Martens. Précis du droit des Gens de l'Europe T.
I. p. 417.

K. G. Günther — Europäisches Völkerrecht in Friedenszeiten T.
II. 10. p.

Hefster p. 125. «und darf nicht auf menschen selbst ausgedehnt werden.»

3) Vdr. H. Grotius I. I. I. II, c. II. § 5.

Pufendorf, I. I. I. IV. c. IV § 5.

omnibus orbis terrarum populis pro indiviso licebat id acquirere, quod ad victum et amictum necessarium esset, nulla ratione habita religionis vel morum uniuscujusque gentis. Jam vero, si alma terra¹⁾ his vel illis habitantibus et colentibus propria dona sua liberalitate spargeret, omnino injustum dicimus eum, qui alterum bonis defraudaverit; dicere porro fas videtur, unumquemque populum praedonem esse, qui, excepto justi belli casu, alterum spoliaverit. Ad illa bona, quin ante omnia, pertinet solum natale; unde et argendum videtur, praedonem esse illum populum, qui alienam terram invadat et in suam redigat potestatem solo animo sibi colonias habendi.

Nonnullis abhinc saeculis forsan fieri potuit non injuste, ut populi, domi intra fines nimis angustos²⁾ restricti, foris latiorem actionum suarum et libertatis campum quaerere cogerentur. Quod ita paucis adumbravimus, brevius etiam et concinnius Grotius³⁾ «aeque est improbum, inquit,

1) Heffter p. 125 dicit: «aber es giebt keine Befugniß der Einzelstaaten, ihre Herrschaft auch noch so rohen Völkern oder selbst nur einzelnen festen Bewohnern bestimmter Erdstriche aufzudringen; sie können blos verkehr mit denselben suchen. Vdr. etiam de jure commercii Ploos van Amstel—Verhandeling over het Recht van Comm. (1760) p. 8, 9, sqq. et 68, sqq.

2) G. F. de Martens I. c. T. I. p. 270 § 120.

3) Grotius—de J. B. et P. I. II. c. 22 § 9.

Grotius I. II. c. 9. 1.

inventionis titulo sibi vindicare ea quae ab alio tenentur, etiamsi is qui tenet sit improbus, de Deo male sentiens, aut hebetis ingenii."

Referri etiam possunt verba Victoriae¹⁾ " non possunt, inquit, Christiani saeculares aut ecclesiastici potestate civili et principatu privare infideles, eo duntaxat titulo, quia infideles sunt, nisi ab eis alia injuria profecta sit."

Quae praecepta, licet undequaque nota, tamen populi Europaei, sicut ex historia patet, jam pridem neglexerunt. Sic religionis²⁾ propagandae studio Hispani tamquam titulo, usi sunt in subjugandis Indis; quique lapsu temporis aliis ex causis Hispanos imitati sunt, incolas orbis-terrarum Trans-Atlantici horrendis modis in suam redigerunt potestatem.

1) Vdr. Locus Franc. Victoriae apud Grotium—Mare liberum C. 2 in fine, coll. H. Wheaton, Histoire du droit des Gens T. I. p. 33 sqq.

Heffter p. 125 sic (die Eur. Völker) können blos Verkehr mit denselben suchen, im Fall der Noth bei ihnen verweilen, das eben Uuent-ehrliche sich verschaffen und durch freiwillige abtretung Grund und Boden zur Colonisation zu erwerben sich bemühen.*

2) Cfr. Leibnitz Cod. dip. J. G. p. I. p. 473 § 2 «Sane accepimus quod vos, qui dadum animo proposueratis alias insulas et terras firmas, remotas et incognitas, ac per alios hactenus non repertas, quaerere et invenire, ut illarum incolas et habitatores ad celendum Redemptorem nostrum et Fidem Catholicam profitendam reduceretis — in mari Oceano navigantes, certas insulas remotissimas et etiam terras firmas, quae per alios hactenus non repertae fuerant, invenerunt.*

Quodsi inquirimus in causas hujus continuae migrationis, quae imprimis Saeculis XV, XVI & XVII. obtinuit et imperii, quod sibi asseruerunt Europaei in novo terrarum orbe, inter potiores, post lucri studium, referenda esse videtur, quod indigenas Indos re vera non tamquam homines, sed potius¹⁾ animalia, juribus carentia, considerarent; Eo pertinent Pontificum M. Bullae scil:

Bulla Papae Nicolai V. ai 1454, regi Alfonso V. Lusitaniae, filioque Henrico data, de quâ vdr. Leibnitz Cod. Dip. J. G. p. 465.

Secutae sunt postea amplificationes et ratihabitationes aliorum Pontificum, scil: ²⁾ Sixti IV. aº 1481; ³⁾ Alexandri VI. aº 1493 (Nonas) quae omnium est celeberrima.

Quod autem jus ipsum attinet, inveniendi et detegendi, suasque faciendi⁴⁾ terras repertas, potest facile explicari e proposito perfectionis hominum, ea tamen limitatione, ne vis fiat juri, ab alio rite acquisito. Non necesse videtur

1) Cfr. Bulla Pontificis M. A l e x a n d r i VI. anno 1493 motu proprio expedita, apud Leibnitz Cod. Dip. J. G. P. I. p. 473 § 2 «in quibus quam plurimae gentes pacifice viventes, et ut asseritur, nudae incedentes, nec carnibus vescentes, inhabitant.»

2) Vdr. Schmauss. Corp. J. G. Acad. T. I. p. 112.

3) Vdr. ibidem p. 130 et Leibnitz Cod. Dip. J. G. P. I. p. 473 § 2.

4) Cfr. G ü n t h e r I. I. II. p. 86—90.

Vattel, I. I. c. 18 § 203 Raynal I. I. T. II. p. 249, «la raison et l'équité permettent les colonies; mais elles tracent les principes, dont il ne devrait pas être permis de s'écartier dans leur fondation.»

allegare, crescente navigatione et mercatura, omnes populos eo tetendisse, ut potentiam et imperium suum in dies magis dilatarent, quod exemplum, maxime exempte Saeculo XV, Lusitanos et Hispanos dedit, ex historia satis notum est. Quemadmodum hi populi nulla aliorum hac in re auctoritate eguerant, ita longius etiam progressi putarunt ex eo, quod primi navigationem ad tantum culmen ac fastigium evexerant, sibi quoque jus terras remotas inveniendi, exclusis aliis, competere; quod unicum, ut tum credebant, jus etiam in posterum sibi servare conati sunt, imprimis nitentes concessionibus a S. S. Ecclesia¹⁾ impetratis. Quod jus singulare, auctoritate Pontificia confirmatum, ansam dedit permultis litibus, praesertim, ubi illi Europae populi, qui nova sacra religionis sic dictae Reformatae sequebantur, non amplius curave-

1) Cfr. Leibnitz l. c. et Histoire générale des Traités de paix, et autres transactions principales etc. par Le Comte de Gorden T. 4 p. 116 et p. 403 sqq. — De transactionibus inter Lusitaniam et Hispaniam, quibus finis impositus est controversiis de finibus regundis, v. 1. l. p. 218 et 407, sqq.

Traité de Tordesillas, du 7 Juin 1494 entre l'Espagne et le Portugal. Vdr. quoque de Martens Recueil T. VIII. p. 372.

Traité de Saragosse du 22 Avril 1529 entre l'Espagne et le Portugal, l. l. p. 221 et p. 414, sqq. Ultimo loco in censum venit convention: *Traité de limites des Possessions Américaines* entre l'Espagne et le Portugal signé à Madrid le 13 Janvier 1750, l. l. p. 227 coll. app. p. 432, sqq.

runt donationem Papalem. Tandem universim receptum est, cuivis genti liberum esse, detegere et occupare terras adhuc incognitas, modo ab alio populo Europaeo prius non repertas, nec derelictas.

Sic igitur usu paullatim venit, ut inventio titulus evaderet dominii acquirendi in regionibus dissitis, et quidem non adeo ratione habita, utrum terrae vel insulae habitatae essent, nec ne; nisi quod ipsi Europaei, lapsu temporum, tranquillae ac non turbatae possessioni prospexerint, cum Angli, tum Batavi, Sueci¹⁾ aliquae, emto ab indi-

1) Cfr. Aitzema Saken van Staat en Oorlogh, Vol. XI. (1668) p. 492 sqq. ubi invenitur relatio authentica de occupata justo titulo regione Americana, Nova Suecia dicta, in verbis «Welcke Wilden als rechte Eygenaers van dat lant, 't zelve aan de Kroone Sweden ende desselfs Ingescetenen na voorgaende hehoorlycke koop en *transactie* hebben overgelevert, opgedragen, ende de *limieten* van dien met *oprechten* der *Sweedsche wapenen* hebben gestelt ende geordonneert, gelyck sulx blykt by de daerover gepasseerde documenten en acten geteeckent en geratificeert by de waere Eygenaers en Proprietarissen van die landen, die alhoewel Wilden synde, onder sich mede haere forme van Regeringe, Justitie ende Politie syn hebbende, waerby sy op hunne maniere yder in het syn maintineeren.» *Vdr. etiam Beverningk Verbael* (1725) pag. 604 sqq.

«Dies onzaengsien soo syn de Engelschen van dier syde voortgevaren met haer Colonien te extenderen op veele onser *eygene gekogte gronden van de Wilden*, ende souden haer beste hebben gedaen om het grootste ende beste gedeelte van onse landen te usurperen.» Erat nempe contestatio de limitibus terrae Nieuw-Nederlandt, *Vdr. ibidem* p. 606 sqq.

genis jure ac loco, ubi sedes suas figerent, sive aequitate rei moti, seu prudentia civili suadente; qui mos agros ab indigenis emendi, nostra actate quam plurimum obtinuit; cajus rei infra exempla in § de Occupatione afferentur.

Satis diu tamen cum Lusitani, tum Hispani, pristinam inventionis gloriam restaurare studuerunt, ut alios populos deterrent, quominus hi in regiones a se detectas, colonias mitterent. Sic anno 1784 Hispani omnibus potiri stationibus (Factoryen) ad littora Africae sitis, conati sunt nitentes, inter alia argumenta, etiam donatione supra laudata. Vdr. Klüber l. l. p. 195 n^a a. et J. Mosers Beyträge zur gesch. des Eur. Völkerr. T. V. p. 556 sqq.

E quibus omnibus efficere licet, ad acquirendum dominium jure gentium, inventionem aliquid valere. Interdum ex illa satis intricatae dissensiones oriuntur; accidit enim nonnumquam, ut diversae gentes se uno eodemque tempore terras detexisse, et sibi aliis exclusis, dominacionem terrae repartae competere, existimarent, quae vero sententia aliquando bene conciliari posse videbatur; finge, duas naves diversae originis, terrarum orbem circumnavigantes, insulam vel regionem incognitam detexisse, sed diversis ejusdem regionis locis appulisse. Jam vero, an alteruter inventionis gloriam et fructus solus sibi tribuat, excluso altero, qui idem jus inventione sua acquisi-

vit? Non facile erit definiendum, uter¹⁾ prior detexerit; et etiamsi hac de re constet, inde non necessario sequitur, occupationem unius tantum loci, etiam jus dare in immensam superficiem, nondum visam, nedum calcatam. Mihi quidem videtur, si unus occupavit totam terram more solito, vexillum in altum veluti tollendo, in omnibus reperatae regionis²⁾ partibus, alium populum non jure occupare ejusdem terrae certam portionem. Nihilominus casu contrario, etiam contrarium judicandum videtur; ita ut, si occupatio totius terrae locum non habuerit, facile crederem, cuique licere, occupare terram, quatenus hic vel illic de nullius³⁾ dominatione constet; quo easu trans actione de finibus alterutrius imperii decernendum foret.

Alia quaestio nobis occurrit, si duae duarum gentium naves novam insulam detexerint, quarum navium una

1) Ounnino hoc spectari quam accuratissime, patet ex contentionibus saepe ortis. Vdr.

Fr. Murhard — Nouveau recueil général des Traités p. 152—189 Négociations entre l'Angleterre et l'Amérique relatives au territoire d'Orégon.

2) Grotius. Epis. ad Gallos p. 37. «Eo autem anno (1396) a nautis Batavis detectum, calcatumque id solum, intratos sinus, dati ipsi terrae, singulisque ejus partibus nomina, quae non modo in Diariis nautarum, sed et in sphæris chartisque multo tempore ante motam hanc controversiam editis apparerent.»

Vetr. Beverningk l. c. p. 606.

3) Günther Eur. Völkerr. T. II. p. 16. «Treffen mehrere zusammen, so muss jedem so viel gehören, als er durch Zeichen der Besitzergreifung, sich zu eigen gemacht hat.»

privata, sive oneraria, altera, bellica, sive publica fuerit? Qualis controversia, me quidem judice, non magnopere curanda videtur, quandoquidem res eodem reddit, ultra detexerit. At re vera in quaestione celebratissima de territorio¹⁾ Oregon tale quid objiciebatur, scil. navem privatam fuisse, quae invenisset, non publicam; et sane tales casus evitandi sunt, ne jus innumeris molestiis et vexationibus obnoxium sit. Certe nautae alterutrius navis sunt cives reipublicae, cui serviunt, et civitatem ipsam referunt; facta a milite sive officiali inventio non alia erit, atque illa a privato homine. Caeterum, utroque casu de detectione illa certior fieri debet Princeps vel civitas, cuius cives terram invenerunt.

§ II.

O C C U P A T I O .

Tractaturi quaestionem de Occupatione,²⁾ primum vi-

¹⁾ Vdr. Murhard l. c. in qua disceptatione Angliae et Americae legati alternis vicibus jus suum defendunt; distinguitur inter alia etiam.

^{1o} *Priorität der Entdeckung.*

^{2o} *Priorität der Erforschung.*

^{3o} *Priorität der Ansiedelung.*

Et p. 166: dicitur »der Anspruch der Entdeckung oder der Besitznahme erstrecke sich auf die ganze Insel.«

²⁾ A. W. Heffter Völkerr. im Zustand des Friedens p. 125 § 70.

deamus quomodo sit definienda? Secundum Juris Naturalis et Gentium scriptores dicere licet: est¹⁾ modus acquirendi dominii originarius, quo res sive mobiles sive immobiles nullius juri subjectas, apprehensione animo et²⁾ corpore in nostram potestatem redigimus.

Missis rebus mobilibus, quae ad argumentum nostrum non pertinent, ordiamur ab occupatione immobilium, et primum quidem terrae incultae.³⁾

Ubi enim terra inhabitata, extra⁴⁾ territorium cuiusdam populi sita est et nullum dominum habet, aut, si habuit, non amplius vestigia illius imperii supersunt, non dubium sane erit, quin quaecumque natio eā potiri possit, occupatione facta, et sic illam in suam redigere potestatem; ita ut, si una potior fuerit tempore, sola haec, exclusis reliquis, possideat. Plures autem si simul occupaverunt, pro rata⁵⁾ parte singulis possessio competit.

Quod autem diximus de terra inculta, non producen-

1) Ulrich, Initia philosophiae Justi, sive Juris Natura e socialis et Gentium (Jenae 1790) p. 132, sqq.

2) G. F. de Martens, Précis du Droit des Gens moderne T. I. p. 118 § 37.

3) Vattel, Droit des Gens I. I. c. 18 § 86, I. II. c. 7. § 96, Günther, I. I. II. p. 132.

4) Günther I. II. p. 9. Cfr. Hefster § 70. * Es findet also die Occupation hauptsächlich nur Anwendung auf Unbewohnte, nicht schon vollständig von andern in Besitz genommenen Gegenden und Inseln*. Raynal p. 249, 250.

5) Hutcheson I. c. p. 161. Hefster I. I. p. 126.

dum est ad partem sterilem terrae occupatae; nam ex regula „quidquid est in¹⁾ territorio, de territorio est;“ occupatio partis sterilis a peregrina natione, invito domino, nequaquam licita dicenda erit, quod confirmari videtur verbis²⁾ Grotii „sed et si quid intra territorium populi est deserti aut sterilis soli, id quoque advenis postulantibus concedendum est, aut etiam ab illiis recte occupatur, quia occupatum censeri non debet, quod non excolitur, nisi imperium quod attinet, quod populo veteri salvum manet.“ Tam cito igitur quid vacuum censeri non debet, quod praesertim de occupatione insulae³⁾ vel coloniae primis temporibus valebit. Postquam locuti sumus de ratione quā occupatio procedat terrae incoltae, oritur alia quaestio, nempe, quomodo fieri possit occupatio terrae habitatae quidem, sed a barbaris⁴⁾ Jam antea ostendere conati sumus, allatis nonnullis testimoniosis, tali casu strictim neque inventori, neque occupanti jus nasci; talis terra re vera non est nullius res, ideoque, secundum praecepta Juris Natu-

1) Günther II. p. 7. Heffter. p. 120 § 67.

2) Grotius de J. B. et P. I. II. c. 2. § 17, ibidem I. II. c. 2. § 4. „quodsi quid universim occupatum, in singulos dominos descriptum non est, non ideo vacuum censeri debet.“

3) Cfr. Fr. Baconis de Verulamio, Sermones fideles. (1659) epmo 33 de Plantationibus populorum p. 161—167; Raynal T. I. p. 349.

4) Heffter, Völkerr. d. Gegenw. p. 123 § 70. „Die Herrschaft über diese ist allein durch freiwillige Unterwerfung oder im Wege eines gerechten Krieges zu erlangen.“

ralis et Gentium, non potest acquisitio fieri eodem jure, quo res nullius acquiritur. Talis terra incolis non potest eripi, et ita alienae dominationi subjici, nisi jure belli.

Vidimus supra ex consuetudine sensim, aequitate forsitan et prudentia politica introducta, maxime nostro saeculo, emi solere agros ab incolis Indis, aliisque barbaris, utpote dominis terrae originariis. — Olim, quum Juris Gentium auctoritas inter ipsos Christianos satis laxa et fragilis esset, et infideles societate generis¹⁾ humani, certe communione juris excluderentur, et ad Juris Gentium principia frustra provocaturi fuissent, jus dominii in Indis perpetuo fere fuisse spretum, quis miretur?

Sic apud Whetton²⁾ descriptum invenimus: «lettres patentes données par Henri VII. d'Angleterre à Jean Cabot³⁾ et à ses fils, les autorisant, à chercher et à découvrir toutes les îles, pays ou provinces quelconques, appartenant à des payens et à des infidèles; et d'assujeter et d'occuper

1) Vdr. Recherches philosophiques sur les Américains, par Mr. de P. T. I. p. 35 «On ne prit pas d'abord les Américains pour des hommes, mais pour des Orang-outangs pour de grands singes, qu'on pouvait détruire sans remords et sans reproche.»

2) Whetton, El. de dr. intern. T. I. p. 161.

3) Secundum alias Sébastien Cabot, de quo Vdr. Baconis Verulamii Hist. Regis Henrici VII. (1662) p. mihi 312 sqq. «nova diplomata concederet, ad terras adhuc incognitas detegendas, et occupandas». Vdr. etiam. Mackintosh, History of England Vol. II. p. 118, 119. (Ed. Par. 1831.)

ces territoires comme ses vassaux et lieutenants," et infra invenimus similem concessionem reginae Elisabethae "C'est ainsi que la reine Elisabeth donna également à Sir Humfrey Gilbert l'autorisation de découvrir toutes les contrées payennes et barbares , non possédées par des princes ou des peuples Chrétiens , et de les occuper."

Alia etiam saepius mota est olim quaestio de Nomadibus. Hi populi re vera certas sedes non habent , cum non possit dici certum domicilium habere eum , qui migrat semper; hoc quidem plene et cum fructu illis populis applicari potest, qui huc et illuc continuo vagantes, in immensis regionibus greges pascunt.¹⁾ Nomadum indolem bene descriptissime videtur Ammianus Marcellinus Histor. L.30 in verbis:

"Omnes sine sedibus fixis, absque lare vel lege, aut ritu stabili dispalantur, semper fugientium similes cum carpentis, in quibus habitant."

Quod supra diximus de re jam occupata, cessat in hisce populis, quia plus sibi adsumunt, quam quo vel egeant, vel utantur; si igitur alius populus, inopiâ coactus, extra patriam victum quaerit, et parte qua talis regionis utitur, hoc usurpatio non dici potest , modo satis relinquatur pris-

¹⁾ Cfr. J. H. Boehmer. Introd. in Jus Publ. univ. (Magdeb. 1726) p. 161 m.

tinis¹⁾ possessoribus. — Fundamentum ejusmodi occupationis ex aequitate potentibus facile adsentior; si vero cogitemus, unumquemque rei suae talem usum facere posse, qualem velit, jam statim illa thesis multis gravatur difficultatibus." Quis e. g. contendere audeat, me, rem meam hodiè neglectam semper neglecturum esse?

Quapropter sunt, qui suadeant, terminum aliquem esse statuendum, intra quem terra colenda sit ab illo, qui occupaverit. Casus hic vulgaris est; nempe populus mercandi causa navigat, detegit vastam insulam vel regionem, postea demum colonias èò dedit. Sic Hutcheson:²⁾ "neque primo, ait, classis appulsa domina fit civitas vastae continentis, plurium civitatum capacis, cui excolendae unius civitatis coloniae neutiquam sufficerent. Recte occupat haec civitas quantum spes est, se posse modico et justo tempore excolere; suosque jure porrigunt coloni limites, ultra id quod possunt *quinquennio* primo aut *decennio* mitigare; neutiquam vero ultra, quam ulla est excolendi spes. Justum autem excolendi tempus, primus occupantibus concedendum, virorum prudentium arbitrio definiri debet; vicinarum, aequo ac hujus civitatis, habita ratione, prout numerosiores sunt, novisque magis indigentes sedi-

1) Hutcheson I. I. p. 162.

2) Plura de hac quaestione inveniuntur, apud Vattel, Dr. des Gens I. I. ch. 18 § 209 et Günther I. II. p. 10 et 11.

bus; aut minus numerosae, civesque laxius habitantes."

Fieri autem potest, ut populus barbarus, gentem quam-dam sibi superiorem existimans, illi suprematum terrae et imperium concedat; tali modo juste dominium acquiri, manifestum est, verum occupatio illa subsecuta non recte modus acquirendi originarius dicetur. Variis exemplis hoc ex historia gentium illustrari potest; nonnullae vi se introduxerunt, aliae rursus amicis verbis dominationem adeptae sunt. Sed et non raro evenit hodie, quod laudabile est, ut coloni indigenis pretium¹⁾ aliquod solvant, quo firmius et securius teneant regionem vel agros occupatos; cuius instituti initium²⁾ repeti solet a Puritanis et Quakeris, duce Penn coloniam Pennsylvanicam fundantibus, qui ab indigenis portiones illius regionis emerunt.

Americani hodierni (Vereenigde Staten) non solum innumeras fere ejusmodi cum Indis vicinis conventiones inie-

1) De Puritanis Vdr. Vattel I. I. I. c. 48 § 209 et 210, G ü n t her T. II. p. 12, Russel, Gesch. von Amer. P. III. p. 374 sqq.

2) Hoc autem non omnino videtur verum; jam ante Penn Batavos emisse terras, ex historia notum est.

V d r. Beverningk I. c. p. 606. Beschrijvinge over de liimyten van Nieuw Nederlandt, in verbis: «is mede gekoft van de Naturellen, synde Mahibanders, een seer groot perceel landts op 't welke etc.» et p. 608 ibidem «de West-Indische Compagnie de landerijen uyt krachte van 't octrooy in possessie hebben genomen, te weten door wettelycke ende vrijwillige verkoopinge en transport der Naturellen aan deselve gedaan, gelijk sulx etc.» et multis aliis locis.

runt, quibus sibi a continuis barbarorum illorum agressionibus et irruptionibus caverent; sed et ab origine vindicatae libertatis, summae¹⁾ illis fuit curae, ut justitiam erga gentem illam intactam servarent, quod ipsis Legis Imperii verbis clarè demonstratur; secundum quae, ut nulla amplius fraus Indis in emtione venditione fundorum fieret, tales actus in futurum auctoritate publica Comitiorum muniri voluerunt. Constitution of the State of New-York, c. 37.

»And Whereas the frauds too often practised towards the said Indians, in contracts made for their lands, have in divers instances been productive of dangerous discontents and animosities; Be It Ordained, that no purchases or contracts for the sale of lands — — shall be binding on the said Indians, or deemed valid, unless made under the authority, and with the consent of the legislature²⁾ of this State.»

Paucis videamus, quae in occupatione ut valida sit, plura requirantur. Populus, vel illi, qui terram detegunt,³⁾

1) Cfr. imprimis conventiones inde ab A. 1822-1839 initae apud Georg. Fred. de Martens (*Nouveau receuil de Traités*. T. VI—XVI) obviae, quas recensent Ch. de Martens et Ferd. de Cussy— *Recueil Manuel et pratique de Traités, conventions et autres actes diplomatiques* T. III. p. 685, T. IV. p. 657—660. Aliud exemplum novissimae terrae cessionis factae Anglis in Arabia a parte regis Afri, legitur ibidem IV. p. 538 art. 1.

2) Cfr. Laws of the State of New-York (1798) T. I. p. 13, 14 T. II. p. 194, 195, p. 270, 271, 312 et 347; T. III. p. 101, 145.

3) Cfr. Grotius Ep. ad Gallos p. 37.

debent non tantum appellere, verum terram explorare, certos fines ponere, factis ostendere, cuinam nationi jus adquisitum sit. Etenim, ut supra jam dixinus, solus visus vel sola cogitatio, in jure nullum producit effectum. Hinc, si navigatores maris impetu coacti, appellant quidem, nullum autem in detecta regione introitum faciant, nulla proprie obtinuisse occupatio dici poterit. Nec magis mihi videtur, quaedam natio posse sibi aliquod jus vindicare ex eo, quod ibi naves appulerint interdum, ad caedendas arbores in usum¹⁾ navium fractarum; nimirum, si tale jus aliquem effectum prae se ferat, necesse est, ut ostendatur animus ibi sedem maritimam (station maritime) collocandi; nemo igitur justus possessor inde expelli aut dejici poterit, quia alter ibi primus appulerit, nullo autem praesentiae et possessionis indicio relichto.

Ut vero ejusmodi lites evitentur, necessarium mihi videtur, certos quosdam actus definire, qui omnem non rite factae possessionis difficultatem tollant, quos inter instrumenta publica, mandata, inter gentes Europaeas recepti mores commendari solent. Jam pridem fides instrumentis publicis tributa est, et in historia Gentium apprehensae

1) Cfr. Moser I. I. T. V. p. 481, 482, 466, 471; Cfr. etiam Beverningk p. 609 ubi Batavi possessionem vindicant «soo door eerste koop, possessie, als oude frequentatie.»

ita possessionis multa adsunt exempla. In more¹⁾ autem fuit, non solum possessionem apprehendere instrumento publico, ex auctoritate hujus illiusve principis vel civitatis, sed etiam memoria apprehensae possessionis saepissime columnis, cruce, vexillo, cuius supra mentionem injecimus, aliisque servata est signis, cui et accesserunt protestationes sive denuntiationes, quibus universae Europae patefactum est, hanc illamve regionem ab hac vel illa gente occupatam esse.

Inter alia exempla, lectu digna, unum est, argumento quidem ridiculum, verum accurate referens symbolicae dominii acquisitionis, apud populos Germaniae originis usitatae imaginem, quodque factum est »ao 1579 ab Actuario Esquivel, occasione repertarum terrarum Magellanicas, cuius instrumenti his verbis meminit ingeniosus quidam²⁾ scriptor superioris saeculi:»..... Alors, (est-il dit dans cet Acte), en signe et témoignage de Prise de

1) Vdr. Raynal I. I. T. II. p. 251 «une contrée déserte et inhabitée, est la seule qu'on puisse s'approprier. La première découverte, bien constatée fut une prise de possession légitime» Leurs navigateurs (des Européens) arrivent ils dans une région du Nouveau-Monde qui n'est occupée par aucun peuple de l'ancien, aussitôt ils enfouissent une petite lame de métal, sur laquelle ils ont gravé ces mots : «*Cette contrée nous appartient.*» p. 129 dicit idem «Ces cérémonies donnaient alors aux Européens le domaine de toutes les contrées etc.»

2) Recherches Philosophiques p. 81, 82 en 83.

possession, Sarmiento tira son épée, et en coupa des branches¹⁾ d'arbres et des herbes, prit des pierres et les transporta d'un lieu à un autre, fit quelques tours en se promenant dans la campagne et sur la plage: incontinent ayant pris une grande croix, et ayant fait mettre ses gens en bataille avec leurs arquebuses, on porta la croix en procession — — Ensuite on prit et appréhenda possession de cette partie de l'Amérique, en vertu de la Donation et de la Bulle de notre très-saint Père, Alexandre sixième, Souverain Pontif Romain, expédiée de son propre mouvement par laquelle il donne à Don Ferdinand²⁾ V.

1) Cfr. Van de Spiegel, Oorsp. en Hist. der Vad. Rechten (1769) p. 131 sqq. Fred. a Sande. De Effestuatione p. 109 Coll. Grimm Deutsche Rechtsalterthümer. Cfr. etiam:

M. G. van Hall. Regtgeleerde verhandelingen (1838) p. 445, sqq. apud quem vide fragmentum veteris Cod. manusc. «daerna wierde een tack van een der boomen gebrocken, boomroeringhe, waermede de naester in de possessie wierde gestelt.»

L. A. Warnkoenig — Flandr. Staats und Rechtsg. 3 B. 1. Abth. (1842). p. 79, sqq.

2) Non unicum est exemplum vdr. ap. Raynal T. II. p. 128 et 129, ubi dux Balboa apprehendit possessionem, in verbis: «Sans perdre un moment, Balboa, armé de toutes pièces, à la manière de l'ancienne chevalerie, avance assez loin dans la mer du Sud.

Spectateurs des deux hémisphères, s'écrie ce barbare, vous êtes témoins que je prends possession de cette partie de l'univers pour la couronne de Castille. Ce que mon bras lui a donné, mon épée saura le défendre. Déjà la croix était plantée sur la terre ferme, et le nom de Ferdinand gravé sur l'écorce de quelques arbres.

et a Dame Isabelle sa femme , la moitié du monde , c. à, d. 180° de longitude."

Sed et posterioris aevi exempla ita apprehensae possessionis per instrumentum publicum, non desunt. Sic possessio apprehensa est ab Hispanis actu solemni, qui memoratur in : *Relation touchant la prise de possession du port de Monterey, la mission et la garnison qu'on y a établie sous le nom de St. Charles l'année 1769 :*

"Après avoir occupé ce port par mer et par terre, en présence d'un grand nombre d'habitants de ce pays-là, qui n'y mirent pas la moindre opposition , on en prit possession solemnellement par un acte authentique, dressé par ordre de Don Gaspar de Portola Commandant en Chef, et signé de divers officiers des deux convois¹⁾ etc."

Eodem anno apprehensa est possessio insulae St. David, cum actu symbolico , tum hocce instrumento: "Apres avoir visité l'île David , le Commandant en a pris possession au nom du roi d'Espagne avec tout l'appareil militaire , qui pouvait rendre cet acte respectable à ses nouveaux sujets. Il a planté une Croix , faite pour éterniser le souvenir de cet événement. Il a donné à cette île le nom de St. David."²⁾

1) Plura vdd. apud J. Moser Beiträge zu den neuest. Eur. Völk. V. V. p. 489.

2) Moser I. I. Vol. V. p. 494 sqq.

Caeterum ex historia patet, omnino fructuosa et efficacia talia instrumenta fuisse; interdum tamen accidit, ut alii populi ejusmodi signa, veluti crucis, columnae, lapidis, non currarent, quod ansam dedit controversiis.¹⁾ Cognoverunt quidem signo relicto, praesentiam alterius gentis; quia autem solum incultum manebat, crediderunt, sibi quoque jus esse, talem regionem occupandi. Et revera aequitas suadet, neminem oportere damnum inde sentire, quia alias fortè repertae regionis culturam plane negligens, vestigia praesentiae, nec vero indubitata voluntatis signa, reliquit, ut alter usu excluderetur.

Ex opinione autem nonnullorum sufficeret, arma regia²⁾ in littore erigere.

Verum plures controversiae natae sunt, quarum occasione alii demonstrare voluerunt, neque haec, neque paulo ante memorata, idonea esse occupationis indicia.

Sic regina Elisabetha reponebat legatis Hispanis:³⁾
 »Hispani quod hinc illinc appulerint, casulas posuerint,

1) Lectu dignum exemplum est Floridae, Vdr. K. G. Günther, Eur. Völkerr. T. II. p. 13, 14, item insulae Falkland p. 15, sqq. Coll. Moser Beitr. zu dem Eur. Völkerr. T. V. p. 516, sqq.

2) Cfr. Günther, I. II. p. 12 Sam. de Cocceji in adnot. ad Grot. Mare Lib. c. 5 et Henr. Cocceji Grot. illustr. T. IV. (1752) Fol. p. 21.

3) Cfr. Cambden. Hist. Angl. ad an. 1580.

flumen aut promontorium denominaverint, proprietatem acquirere non possunt — ut imaginaria haec proprietas obstat non debeat, quominus caeteri principes colonias, ubi Hispani non agunt jure¹⁾ gentium nequaquam violato deducant.»

Quod autem ad protestationes et denuntiationes publicas attinet, haec re vera satis ex instrumento publico cognoscuntur; quod si sufficere non videtur, castellum²⁾ poni debet et cohors quaedam militum, qui aliquando regni sui jura propugnant. Olim sane suffecisse ipsam inventionem, exinde patet, quod nonnullae gentes jus quae-siverint ex denominatione quam nautae terris, promotoriis aut fluminibus ante alios dedissent, quin etiam ejusmodi argumenta in quaestione de territorio Oregon Anglos³⁾ inter et Americanos nostro aeo aliud ponderis habuisse, appareat. Quod autem modo diximus, non numquam gentes non curasse jura, ab aliis acquisita ti-

1) Cfr. Beverningk I. I. p. 610 in disceptatione de limitibus Novae Neerlandiae (Amer. Septentr.) «lange voor de Engelschen — de Nederlandsche natie de landen binnen gemeide riviere, in possessie hebben doen nemen, bij den directeur Kieft, door 't opblaen van 't waepen van Ho. Mog. de Heeren Staeten Generael, welck wapen op diversche plaatzen door een lieutenant Houast is afferuct.»

2) Beverningk p. 606 «ende is door 't bouwen van eene kleyne fortresse in possessie genomen.»

3) Cfr. Fr. Murhard. — Nouveau recueil de Traites; Négoc. entre l'Angleterre et l'Amerique relatives au territoire d'Orégon, p. 152, sqq.

tulo inventionis, aut denominationis primariae hujus illiusve terrae partis, hoc et aequitatis ratione interdum nitebatur; nec mirum est Hispanos et Lusitanos, qui aviditate sua omnibus orbis terrarum incognitae partibus potiri cupiebant exclusis aliis, sua vice possessione esse exclusos, quia nullius momenti existimabatur eorum detentio, aut possessio precaria.

Sed et hisce statutis, quaestio nobis occurrit, utrum cuidam¹⁾ genti liceat alias excludere possessione finitimae stationis, prope quam illa aliam possidet? Historia demonstrat hoc saepe factum esse; quodsi nonnullae gentes tales usum coloniarum suarum habere velint, qui aequiparetur difficultatibus et negotii impensis, non dubium videri potest, aliis non licere coloniae utilitates diminuere. Quidquid est, necesse semper erit statuere aequitatis causa, commoda eum debere sequi quem sequuntur incommoda; si igitur universè cuique liceret, emolumentum alterius diminuere, injuriarum nullus esset finis.

Regula autem, nemini licere alterum utilitate coloniarum defraudare, habet tamen terminum ex ipsa illa aequitate; si cuique liceret depulsare unumquemque, quia

¹⁾ Cfr. Moser's Beyträge zur Gesch. d. E. V. vol. V. p. 513, 521, 556.

Hutcheson p. 162.

in vicinia⁴⁾ nostra est, facile quaeque gens hancce potestatem, titulo creatam, in infinitum protenderet, quod non magis justitiae conveniret.

Quaesitum est, utrum genti Europaea liceat alteram arcere ab occupatione regionis, ex qua haec ab indigenis dejecta fuit? Haec nempe quaestio orta est in controversia de possessione insulae Sanctae Luciae, Anglos inter et Franco-Gallos agitata. Quodsi concedimus, occupationem posse fieri regionis a barbaris habitatae, dicendum etiam est occupationem tum cessare, ubi exercitium iuris amittimus. Quo, queso, casu illam potestatem aperiens amittimus, quam vi, expulsione, expulsione inquam, ab iis facta, ad quos res jure pertinebat? Ideo dicendum foret, expulso nullum jus amplius competere; verumtamen res difficultate non caret. Scilicet, post dejectionem unius populi, alias occupat, quo casu mihi videtur dejecti jus praeferendum, ita ut jus suum adversus advenam vindicare possit. Quodsi dejecto vires pro tempore ad rem recuperandam deficiant, nec vero recuperandi animus, salvum tamen potest ipsi jus manere,

4) Cfr. G. F. de Martens Préc. du dr. d. Gens. p. I. p. 120 § 38 «à défaut de limites certaines, le droit d'une nation d'exclure des nations étrangères des terres ou îles voisines, ne s'étend pas au delà du district qu'elle cultive ou duquel du moins elle peut prouver l'occupation.» coll. Moser's Beiträge etc. p. 97. 452, 460.

et populorum, qui Colonias habent re vera interest, ut restituatur.

Hic vero virium defectus adeo manifestus esse potest, ut omnem recuperandi spem tollat, quo casu difficultas cessare mihi videtur. Casu autem, quo dejectus potestatem quidem habet juris recuperandi, verum illud negligit, id quod etiam actibus externis dijudicandum erit, necesse est, ut ei potissimum tribuatur qui nunc possidet; nam et hic melior est causa possidentis, quam petentis; jura prosunt vigilantibus, non dormientibus.

Quaestio intricior fit, si duo possessores alternis vicibus ita dejecti sunt, quia tum re vera dubitatio adest, uter potior sit in jure. Ita Angli contra Francos ratione inabantur in relatione publici juris facta: «que l'île de Ste Lucie¹⁾ a été possédée alternativement par les Anglais et les Français; que les uns et les autres en ont été chassés à diverses reprises par les Sauvages; qu'ainsi il y a eu des intervalles, où elle n'a été possédée ni par l'une ni par l'autre nation; et ils en concluent, qu'on ne saurait dès-lors établir un droit de Propriété ou Souveraineté sur cette île, faute d'un titre suffisant pour constater ce droit,» quo casu mihi recte videtur adjudicari

¹⁾ Cfr. Raynal I. I. T. III. p. 367, sqq.
Günther I. I. T. II. p. 45 et Isudati scriptores.

illi dominium, qui novissime apprehensa possessione, regionem corporaliter, manu tenet.

Quodsi in contentionibus de dominio et possessione inter plures gentes, incerti sunt territorii fines, fieri solet ut vel regionem quasi condomini possideant,¹⁾ vel neutram proclament donec lis examinari possit, et constet euinam potissimum jus tribuendum sit.

§ III.

D E R E L I C T I O.

Pertractatis casibus de occupatione terrarum nullius juris, accedimus ad occupationem regionum, a priore domino derelictarum. Qui locus profecto non est levis momenti, quia non paucae ex derelictione possessionis lites ortae sunt, tum ubi ex animi indicio certo satis patebat rem esse derelictam, tum vero maximè, ubi quaerebatur de jure, quod quis solo facto amisisse videbatur.

Quarum controversiarum nulla facile illustrior dici potest illâ, quae paucis abhinc annis, occasione occupatae insulae Taïti a Franco Gallis, Anglos inter et regem Francorum agitata est. Dudum scilicet, intestinis dis-

1) Hefster. Das Eur. Völkerr. der Gegenw. p. 126.

sensionibus illa insula vexabatur, cum primarii¹⁾ ex insulanis meliorem conditionem patriae cupientes, Anglis suprematum ita dictum externum (Souveraineté extérieure) detulerunt, ut horum ope regni status e tristissima conditione, quâ tunc premebatur, aliquantum sublevaretur. Nemo sane dubitabit, quin principibus illis hoc jus competierit. Quid vero accidit? Post multas deliberationes, Angli rem honeste²⁾ repudiarunt, existimantes nullam inde utilitatem sibi fore; jam enim perspexerant difficultatem, in hac insula stationes maritimas (stations maritimes) idoneas exstruendi, quibus praeterea in Oceano, cuius immensas jam tenebant regiones, minimè indigebant.

Igitur non amplius politicam conditionem insulae Taïti curabant Angli, neque tamen magis frequens ac perpetuum fere, illorum cum Taïtiensibus commercium³⁾ durabat.

1) Annales du Parlement Français T. VI. fasc. 7 p. 86: «les chefs indigènes crurent devoir s'adresser au Gouvernement de la Grande-Bretagne, qui alors était à peu près le seul dont ils eussent entendu parler, et prièrent Sa Majesté Britannique de vouloir bien les prendre sous sa protection immédiate, et leur accorder le pavillon anglais.»

2) Ann. du P. Fr. p. 86 «L'Amirauté fut alors consultée, et, sur son avis motivé, que l'accession de cet Archipel à la Couronne d'Angleterre serait une charge plus onéreuse qu'avantageuse à l'État, M. Canning, premier ministre dirigeant les relations extérieures, répondit en conséquence par un refus, mais par un *refus poli*.»

3) Ann. du P. Fr. p. 91. Doc. no. 8 «qu'aucune autre nation

Unde postea Regina, cui nomen Pomare (sponte animinis¹⁾ inducta) cum insulae Taïti, tum finitimarum terrarum, suprematum externum obtulit Ludovico Filippo, regi Francorum, qui, cum videret utilitatem, quae inde navigationi Francicae, praesertim navium bellicarum, constitutis ibi stationibus maritimis, nasci posset, diu non moratus, peculiari Decreto oblatam novam dignitatem accepit; cuius acceptationis²⁾ significatio etiam facta est et Anglis et aliis exterorum in insula Taïti degentium Consulibus, quos vocant.

Ac re vera, brevi post, stationes illae conditae sunt, quin in dies magis Franci se rebus Taïtiensium immiscebant. Jam vero Francis continuò invidi Angli publicam protestationem hac de re, quasi contrariam Juri Gentium³⁾

n'aura une plus grande influence en autorité sur ces États, que celle, qu'elle (l'Angleterre) réclame comme son *droit naturel* acquis par ses longs et intimes rapports avec eux»

1) Ann. du P. F. p. 95. «relativement aux négociations qui ont eu pour résultat l'abandon par la reine de Taiti, d'une portion de son autorité souveraine, que cette cession a été obtenue en partie par l'intrigue, en partie par l'intimidation.»

2) Ann. du P. F. p. 87. «Je notifiai à la reine l'acceptation du Protectorat — — j'écrivis le même jour à MM. les Consuls étrangers pour leur communiquer cette nouvelle.»

3) In hac quaestione agitanda inter ipsos Praefectos maritimos aliquid valuisse principia Juris Gentium, documento sunt epistolae cum Praefecti Dupetit Thouars, tum Anglorum. Vdr. imprimis Epist. praefecti Anglici p. 90.* Quant aux divers arguments dont j'ai eu lieu de faire usage dans

Europaeo non fecerunt, bene videntes se talem suprematum externum sive Protectoratum, libere a Regina delatum, impugnare non posse; ¹⁾ verum omnis generis, neque obscuris machinationibus, molestias Francorum praefectis struxerunt.

Quarum injuriarum pertaesи Franci longius progressi sunt, et suprematu externo sive Protectoratu non contenti, etiam reliquas imperii partes, puta regimen domesticum insulae sibi arrogarunt et vexillum reginae Pomare, quod hactenū una cum Francico toleraverant, sustulerunt. Unde vehementiores non reginae tantum, sed et Anglorum querelae de ambitione et dominatione injusta Francorum; qua occasione conati sunt ostendere, sibi in Taïtiensium insulam et regimen, antiquius et melius esse jus, quam ipsis Francis ^{2).}

Quod equidem fateor, me non videre. Au non rebus et

ma correspondance avec vous, je ne doute pas que les divers articles mentionnés, appuyés ainsi qu'ils le sont par l'autorité des auteurs, qui ont écrit sur le droit des Gens, ne puissent avoir complète affirmation du Cabinet français, de la part de tout diplomate éclairé, qui pourra être invité à donner son opinion à ce sujet, car je tiens pour irréfutables toutes mes citations.*

¹⁾ Ann. du P. Fr. p. 95 «le gouvernement de S. M. Britannique, bien qu'il n'ait pas reconnu à la France le droit de prendre et d'exercer un Protectorat sur les îles de la Société, n'a cependant pas l'intention de mettre ce droit en question.»

²⁾ Ann. du P. Fr. p. 91 n^o 8 supra iam laud.

factis, cum expressa declaratione¹⁾, tum tacite, suprematum olim oblatum Angli abjecerant? Nonne satis ostenderant incuria rerum Taïtiensium, se cum Protectoratu nullum negotium habere velle? Quid quaeso, si haec non est renuntiatio, qualis esse ea debet? Si requiritur expressa, cur illam non fecerunt claram et perspicuam? Quodsi tacita sufficeret, nonne satis illa patebat ex diuturno rerum Taïtiensium politicarum neglectu²⁾?

Aut Angli palam juri oblato quidem, nec vero acquisoito renuntiarunt, et tum iis non licuit postea de eadem re quaestionem movere; aut non palam, sed tacite renuntiarunt, ita ut illud silentium non pro expressa renuntiatione esset habendum, quo casu tamen incuria sua fecerunt, ut beneficium Protectoratus ipsis periret. Jam autem, si alia gens rebus et factis ostendit, se accepisse Protectoratum eoque uti velle, habent quod sibi imputent Angli, neque culpa unius detrimento esse debet alterius.³⁾

1) Vdr. Repudiatio honesta Anglorum in Ann. Parl. sup. laud. p. 86.

2) Ann. du Parl. Fr. T. VI ao. 1844) p. 36 «qui aurait pu croire alors, que cette preuve de mauvais vouloir à rendre un service indispensable à ce pauvre peuple, qui le réclamait pour sortir de son état de dégradation, deviendrait un jour un titre que l'on revendiquerait pour en réclamer la domination?»

3) Vdd. Ann. du Parl. Fr. T. VI. fasc. VII. passim et F. Murrhard. Recueil général des traités de Paix T. VI. p. 38—101, in quibus omnia, quae faciunt ad plenam quaestio[n]is scientiam, documenta inveniuntur.

Sed transeamus ad veram derelictionem et eam subsequam occupationem, a parte alterius gentis. Quae scilicet derelictio duplex esse potest, *voluntaria* quippe et *involuntaria*, quae etiam *necessaria* dici potest. Etenim si dominus rem sponte dereliquit, et nullam utilitatem ex illa amplius capit, nisi transtulerit jus suum in alterum, res rursus fit nullius.

Quod supra diximus de primaeva communione, hic obtinebit, nempe res derelicta in statum priorem naturalem incidit, et ab unoquoque jure primi occupantis in potestatem suam redigi potest.

Hocce juris principium adeo certum est, ut occupatio post derelictionem inter modos originarios dominii acquirendi relata sit¹⁾). Nec mirum: dominus, rem suam deserens, eam diutius habere non vult, sive titulus possessionis sit infirmus, seu liberalis esse velit. Hoc autem communiter receptum est, teste Grotio. De J. B. & P. I. II. c. 3 § 19. 1 "originariam, inquit, acquisitionem censendam etiam rerum earum, quae dominum habuerunt, sed habere desierunt, puta quia derelictae sunt, aut quia defecerunt domini; nam haec redierunt in eum statum, in quo

1) Cf. Grotius. De J. B. et P. I. II. c. 3 § 19 1^o, ibidem I. II. c. IV. Pufendorf, I. IV. c. 12, Vattel, du Dr. des Gens I. II. c. XI. J. L. Klüber Droit des Gens mod. de l'Europe I. p. 219 § 140. a.

primum res fuerant." Hoc fundamento egerunt Galli, in iis, quas supra memoravimus contentionebus, de domino insulae Sanctae Luciae, cum Anglis. Sic in libello¹⁾ quodam dicebatur: "Une terre, quoique découverte et reconnue par quelque Nation, même quoique établie, si elle avait été par la suite abandonnée, devenait au rang des terres vacantes et comme telle devenait le partage de celui qui l'occupait, et s'en mettait en possession."

Difficultas autem est in eo, quid pro derelicto habendum sit? Si manifesta adest declaratio, nullum dubium est: quid vero, si gens quaedam palam desinat possidere regionem, et utilitatem ex illa percipere, ita ut omnia ritè apprehensae possessionis indicia cessent? Etiam hoc casu mirum videri non potest, talem regionem ab alio recte posse occupari, qui exinde justus possessor sit. Non omnes tamen de tacita illa derelictione consentiunt; plerique statuunt, eam demum esse derelictionem perfectam, ubi dominus possessionem exuat et derelinquit sponte, nulla necessitate cogente²⁾, ita ut novus posses-

1) Cfr. G ünther I. I. II. p. 66, sqq.

Mémoires des Commissaires de S. M. Très-Chrét. et de ceux de S. M. Brit. sur les possessions des deux couronnes en Amérique. (Amsterdam, 1733) T. I. P. I. 306 coll. p. 415, sqq., Mémoires T. I. P. II. p. 69, sqq.

Moser's Versuch zum cet. T. V. p. 279.

2) Sic Cabo Corso in Africae orā dereliquerunt Angli, peste cogente

sor silentio aut potius consensu prioris domini, justum titulum acquirat. Sic Grotius, quem saepe secuti sunt occasione, hujusmodi controversiae, dicit l. II. c. IV. § 5 3º in l. de J. B. et P. «ad derelictionem praesumendam ut valeat silentium, duo requiruntur, ut *silentium sit scientis*, et ut sit *liberè volentis.*»

Hinc illi, qui ab Anglis electi erant viri litium dirimendarum causa, de dominio insulae Sanctae Luciae dicebant: «qu'il n'y saurait avoir d'abandonnement absolu d'aucun pays, que lorsque le propriétaire possesseur s'en retire et le délaisse volontairement et sans aucune nécessité; que, pour qu'un pareil abandonnement puisse servir de base au droit du premier occupant ou d'un nouveau possesseur quelconque, il faut que l'acquiescement de l'ancien possesseur à cette nouvelle possession, ait été intentionné, volontaire et clairement manifesté par quelque acte, déclaration ou démarche, dont son abandonnement puisse avoir été accompagné ou suivi; et qu'une

Saec. XVII. quam derelictionem, utpote non voluntariam, jus Anglorum non manuisse, contendebat Ludovicus XIV. in:

Lettres et Mémoires du Comte d'Estrades, T. III. p. 290 Epist. Ludov. XIV. 29 Aug. 1663 «que la peste obligea quelque temps après les Anglais, qui étaient dans cette habitation, à se retirer à Cormatin; qu'ainsi la place était à eux,» Contra, jus Batavorum, si umquam tale adfuisset, cessasse dicebat Rex: «après que les Hollandais s'en étaient volontairement retirés.» p. 293.

retraite ou désertion occasionnée par surprise, ruse ou force supérieure d'autrui, non plus qu'un acquiescement apparent et passager aux suites d'une pareille retraite, (le tout occasionné par nécessité et nullement par une renonciation volontaire), ne saurait éteindre le droit de l'ancien possesseur sur un bien qu'il n'aurait délaissé que de cette manière."

Contra autem rem ita Franco-Galli¹⁾ exponebant «Les Anglais fugitifs de Sainte-Lucie ont été s'établir à Montferrat, y sont demeurés et n'ont fait pendant dix ans aucune démonstration pour rentrer à Sainte-Lucie. Si une telle conduite, surtout dans ces premiers temps des établissements dans les îles Caraïbes, où les révolutions étaient si fréquentes, n'est pas un signe suffisant, qu'ils tenaient Sainte-Lucie pour abandonnée, quels signes plus certains peut-on donc exiger? Suivant Mrs. les Commissaires Anglais, il aurait fallu un acte public et authentique, par lequel l'Angleterre eût déclaré qu'elle abandonnait cette île; mais selon cette nouvelle Jurisprudence, il n'y aurait aucun exemple d'abandon.»

Alio loco pergunt: «ce serait alors plutôt une cession ou une donation qu'un abandon; on pourrait quitter un

1) Cfr. Pufendorf J. N. et G. I. IV. c. 6, § 12 et J. Barbeyrac in adnot. ad. Pufendorf. I. IV. c. 6 § 1.

pays, n'y rentrer jamais, et s'en prétendre éternellement propriétaire et possesseur. L'abandon d'un pays est un fait, qui se caractérise par lui-même: si un autre l'occupe et que celui qui l'occupait auparavant, garde le silence sans y être contraint, sans pouvoir prétexter qu'il ignore qu'un autre s'en soit mis en possession, c'est la preuve la plus forte et la plus complète de l'abandon; et telle est celle, que l'histoire fournit de l'abandon de Sainte-Lucie par les Anglais.¹⁾"

*Et re vera, quae Franci Anglis objiciebant, facta, signa poterant videri minime dubia, derelictae ab illis insulae nullo animo, eam aliquando denuò habitandi. Hic autem, ipso Grotio adstipulante, talia facta mentem ac voluntatem aperte declarabant, quapropter occupationem a Francis factam justam fuisse dicere licet. "Neque tamen patitur, inquit vir summus, natura humanae societatis, ut actibus animi sufficienter indicatis nulla sit efficacia, ideo quod sufficienter indicatum est, pro vero habetur adversus eum qui indicavit."*²⁾

Ac profectò, nisi hoc statuas, dominium numquam cessaret: derelictio, fateor, debet esse voluntaria, sed ad hoc

1) Cf. Mémoires des Commissaires. T. I. P. I. p. 118, 420 et 421 et T. I. P. II. p. 4.

2) Grotius — De J. B. & P. I. II. c. IV. § 3.

non requiritur animi declaratio manifesta,¹⁾ cum nemo praesumatur bona sua jactare, cui praeumptioni non obstat, possessorem rem suam re vera dereliquisse²⁾. Quod si non verum esset, aliquis rem suam re vera derelinqueret, et tamen quibusdam actibus dominium retinere conaretur.³⁾ Cujus exemplum protestationis, actui contrariae, historia praebet, a praestantissimis Juris Gentium scriptoribus Moser, Gunther, improbatum. Sic Angli saeculo superiori insulas Falkland prorsus deseruerunt, dominium autem ejus sibi reservarunt solemni hac declaratione: "Après avoir assuré les droits de la couronne sur ces îles de la manière que cela se pratique lorsque l'on ne juge pas encore la possession actuelle convenable, il s'est rendu au fort Egmont, et y a exécuté sa commission: En conséquence Mr. Clayton fit attacher à ce fort une plaque de plomb, sur laquelle il avait fait graver l'inscription suivante: *qu'il soit notoire à toutes les nations, que les*

1) Klüber. Dr. d. G. T. I. p. 220 et ibi laudati scriptores.

2) Mémoires des Comm. T. I. P. I. pag. 316 «si avoir été quelque temps dans un Pays et l'avoir abandonné, étoit un titre légitime pour le réclamer sur un autre, qui s'en est mis en possession, et qui en jouit paisiblement cet.»

3) Cfr. Byinkershoek, Opera omnia T. II. p. 136 «Praeter animum possessionem desidero, sed qualemcumque, quae probet, me nec corpore desiisse possidere.»

Cfr. etiam, J. L. Klüber, Droit des Gens mod. T. I. p. 194, 196 sqq.

îles de Falkland, ainsi que en Fort, les Magasins, Quaies, Hâvres, Baies et Criques qui en dépendent, appartiennent de droit uniquement à Sa très-sacrée Majesté Georges III. Roi de la Grande-Bretagne, de France et d'Irlande, Défenseur de la foi, etc. etc. En foi de quoi cette plaque a été fixée et les pavillons de S. M. Britannique déployés et arborés comme une marque de possession par Samuel Guillaume Clayton, Officier Commandant aux Isles de Falkland, ¹⁾ le 22 Mai 1774. "

In historia Belgii Foederati, celebratissima causa insulae Poul eron occurrit, quae uti nostris temporibus ea, quae in insula Taïti evenerant, Francos et Anglos, ita saeculo XVII dimidiato nostrates et eosdem Anglos vehementer commovit ²⁾. Insula nempe illa, Societati Indiae Anglicae a Societate Batava ex conventione anni 1654 restitui debebat, et ad restitutionem omnino parati erant Societatis (Batavae) Moderatores, at ipsi Angli per plures annos totum negotium non curarunt; postea restitutio iis facta est, primum negata, quoniam non bene instructi es-

1) Cf. G ü n t h e r I. I. T. II. p. 69 sqq., M o s e r Versuch T. V. p. 455 et ibi laudati scriptores. — Caeterum factum illud referendum esse videtur ad A. 1771, quo anno insulas fuisse restitutas Anglis ab Hispaniarum Rege, mox vero desertas, queritur anonymous scriptor famosarum Epistolarum Junii (Epist. XLII. The Letters of Junius, London 1810 p. 213.

2) Cf. P e s t e l, Comment. de Republica Batava. T. I. p. 179.

sent mandatis aliisque rebus, ad hoc necessariis; in hac causa si voluissent nostrates, Wittio¹⁾ teste, potuissent uti argumento praesumtae derelictionis.

§ IV.

P R A E S C R I P T I O.

Vidimus de derelictione sive expressa, sive praesumpta, quae locum det occupationi, utpote rei nullius. Videamus jam de silentio domini, quo usurpationes per complures annos toleratae, iniquum possessorem post continuam, publicam et tranquillam rei detentionem, lapsu temporis justum dominum²⁾ faciant.

1) Cfr. Magni viri Epistola 12 Dec. 1664 ad Legatum Belgii, qui Londini degebatur, Mich. van Goch, T. IV. p. 412 «dat het voorz. Eylandt en de Engelschen soude moeten worden gerestitueert — doch hebben die van de voorsz. Engelsche Compagnie doenmaels *genegligeert* of *gediffereert* possessie van 't voornoemde Eylandt te nemen;» de restitutione facta locutus, ita pergit, pag. 413 «Hetweleik haer (Anglis) ontwyffelyck *buyten haer vermoeden* is wedervaeren, aengesien zy alsdan by gebreke van schepen en volck, tot *besettinge* ende *culture* van 't Eylandt gerequireert, haer daervan niet hebben gedient.»

2) Cfr. Thiers — Du droit de Propriété l. I. c. 13 «mais si pendant XXX années il y a eu silence, la société a établi, par des raisons tout aussi concluantes que celles qui lui ont fait reconnaître le droit

Quandoquidem hocce casu ratihabitio, licet tacita, requiritur, ut novus possessor dominium adipiscatur, modus acquirendi derivativus potius, quam originarius dicendus erit. Caeterum duo, ut jam monuimus, videntur esse genera de-relictionum, alterum voluntarium, alterum involuntarium. Differentia etenim permagna adest inter eum, qui sponte et nemine cogente, possessionem derelinquit, et eum qui cogitur possessione se abdicare. Priori casu possessor tum verbis, tum factis ostendit, rem non amplius suam esse, saltem se eam non habere velle; hic neglectus, haec incuria per se patere mihi videtur, quod omnino differt ab eo, qui vi dejicitur. Dejectus spe recuperandae possessionis omnia adhibet, quaecumque ad tales restitutio-nem requiruntur; protestationes facit publicas, iniquum possessorem vexat et turbat omnibus modis, ut amissam possessionem denuo obtineat. Haec sollicitudo dejecti etiam signo est, illum re vera non sinere, quominus aliquis re potiatur. Quamdiu ita agit, non videtur jus dominii una cum possessione amisisse; quodsi autem imbecillitatis suae conscius, tolerat usurpationes istas, nihil contra mo-

de Propriété en lui-même, que l'objet possédé serait définitivement acquis au possesseur." p. 86.

Grotius. De J. B. & P. I. II. c. IV.

Pufendorf. J. N. & G. I. IV. c. 12.

Vattel. Droit des Gens T. I. I. II. c. 11.

liens, tum re vera consentire videtur; nec sufficit argumentum ex impotentia temporaria, ut desint vires, tamen facto aliquando recuperandae posessionis voluntatem ostendere potest.

Ita in controversiâ Anglos inter et Batavos de Nova Belgica sive Neérlandia (Americâ Septentrionali) L u d o v i e u s XIV statuebat, causam Batavorum meliorem esse, qui Anglis non prohibentibus, regionem habitassent et excoluissent¹⁾). Nonne iniquum esset tali casu praescriptionem contra negligentem non admittere? Labores innocui et pacifica possessio per plures annos, re vera possessionem injustam deberent purgare, ita ut praescriptio in commodum diligentis et laboriosi coloni currat.

Quodsi possessor dejectus est a veris dominis, qui auctoritatem ejus aliquamdiu agnoverunt, e. g. si Europei coloni ab indigenis expelluntur, possessio recte amissa dicetur, nec hoc loco dejectorum animum in censem venire acquum est. Hoc quidem cum effectu valebit de iis populis, qui vi se introduxerunt; contrarium autem etiam contendو,

1) Lettres & Mém. du Comte d'Estrades T. III. p. 293, 294 (Lettre du Roi 29 Aug. 1665 «il me semble que le droit des Hollandais est le mieux fondé; car c'est une espèce de moquerie de vouloir persuader que des gens, qui ont bâti et peuplé une ville sans qu'on leur ait dit un mot pour l'empêcher, aient été soufferts comme des étrangers — *l'habitation* jointe à une longue possession sont à mon sens deux assez bons titres.»)

si valido titulo, veluti emtione, cessione, possessionem nacti sunt. Contra illos possessores praescriptio valere debet, in his autem inspiciendus animus videtur. Quodsi hoc non admittamus, communis populorum salus quoque temporis momento labefactaretur; communis etenim populorum salutis interest, ne dominia diu in incerto sint et hocce argumento nitentes, praescriptio, licet multum impugnata ab auctoribus, admitti posse mihi videtur.

Suprà memoratum est, Europaeos variis titulis jus sibi creasse ad subjugandas gentes, et ad occupandas regiones transmarinas. Quodsi vi coacti, aut errore ducti Americani, passi sunt occupationem et dominationem Europaeorum, jam vero conscientiam libertatis ac virium suarum nacti jugum illud non amplius tolerare velint, ab hocce inde momento, id est a turbata peregrinorum possessione, jus priorum dominorum reviviscere, quis non fateatur? Sed et a quo momento illi indigenae naturalem conditionem vitae recuperarunt, licebit illis imperium vel suprematum aliis gentibus offerre, nulla ratione habita eorum quos expulerunt. Ridiculum sane videtur, quod Franco-Galli in contentionibus cum Anglis de insula Sancta Lucia attulerunt argumentum: «Il est vrai, qu'il y a eu des intervalles pendant lesquels les Français en ont été dépossédés: mais comme l'inconstance des Sauvages, qui avaient été excités par quelques nations voisines, en fut la prin-

cipale cause, l'abandon forcé ou involontaire d'une possession ne saurait anéantir le droit de propriété."¹⁾

Quis talem dejectionem *abandon* *forcé* appellat, ab indigenis jure factam? erit sane *involontaire*, sed hoc nil ad rem. Si enim justitiam et aequitatem respicimus, dicemus, unice subveniendum esse justo possessori, puta qui emtione, cessione vel donatione, libero consensu ab incolis jus acquisivit; non autem illi, qui vi aut clam aut precario titulo possidet, quod quidem universè de Europaeorum coloniis diei potest. Si jus fundatum esset validis titulis, rarae profecto contestationes exstarent de amissa possessione.

Principia autem, quibus praescriptio nititur, nobis vindentur satis habere ponderis, quae dominium firment ex derelictione praesumta, de qua jam supra locuti sumus. Non video, cur praescriptio non possit huic casui adaptari; scilicet in contentionibus de insula Sancta Lucia²⁾ dicebatur: «l'abandonnement est présumé de droit lorsque l'ancien possesseur, instruit qu'un autre possède, et ayant la liberté de réclamer, garde néanmoins le silence» Jam, si populus vel gens quaedam,³⁾ post prioris domini de-

1) Moser. Beitr. T. V. p. 464, sqq.

2) Mémoires des Commiss. T. I. P. I. p. 306.

3) G. F. de Martens. Précis du dr. d. Gens. T. I. p. 171, sqq.
«le simple non-usage, le simple silence, considérés en eux-mêmes, n'ont pas la force de la renonciation ou du consentement etc.— la prescription n'est donc pas fondée à la rigueur sur le droit naturel.»

relictionem dubiam possessionem apprehendat, quidni in favorem possessionis applicemus praescriptionem, si pristinus dominus tandem, neglectam diu regionem vel insulam vindicet? — Mihi videtur, licet res non liqueat, praescriptionem cum fructu applicari posse; sed etiam fateor, casus esse admodum raros, quibus provocatio ad praescriptionem litigantes satisfaceret. Concludimus igitur, in casibus superioribus non male, et nequaquam violato jure alterius, posse applicari praescriptionem.¹⁾

Praescriptio autem saepemodum impugnata est, ita ut hodie inter gentes non liquido constet, utrum ad eam provocari possit. Quidquid est, in historia gentium adsunt exempla, in quibus praescriptio adhibita est, licet plerisque scriptoribus adsentior statuentibus, praescriptionem Jure Naturali Gentium non esse fundatam.²⁾ Praescriptionem a nonnullis gentibus non validam esse perhibitam, nobis inter alia exempla praebet contentio supra saepius laudata de insula Sancta Lucia; ratiocinabantur Angli hocce modo: «Il est vrai qu'il se passa deux ans depuis le

1) G. F. de Martens. Préc. du dr. d. Gens T. I. p. 173 «L'avantage mutuel des nations semble, à la vérité, exiger qu'on la reconnaissse.»

Vdr. etiam G. F. de Martens, in Introd. p. 21, sqq. Heffter I. I. p. 23, 24, 25. Wheaton Éléments de Droit International T. I. p. 158.

2) K. G. Günther, I. II. 117, 119, sqq.

massacre des Anglais et l'invasion Française, avant que la couronne Britannique éut revendiqué la possession de Sainte Lucie par aucune voie de fait: mais ne gémisait-on pas alors en Angleterre sous les calamités d'une guerre civile? Et une suspension si passagère d'un réclame actif, occasionnée par une crise de cette nature, pourraient-on la considérer comme ce *silentium scientis et liberè volentis* que Grotius requiert si absolument pour constater un abandonnement parfait et volontaire?"

Ex objectione et eam subsecuta replicatione videmus praescriptionem omnino nonnumquam cum effectu esse adhibitam; Franci enim reponabant: "les guerres civiles d'Angleterre ne lui ôtèrent ni la connaissance de l'établissement des Français, ni la liberté de réclamer. Que répondrait-on à la France, si, sous prétexte de ses guerres civiles, elle voulait revendiquer le Brésil, la Caroline¹⁾ etc.."

Sicut supra jam diximus, variae doctorum de Praescriptione sunt opinione, quas recensere speciminis angustiae vetant. Certe nulla est ratio, cur silentium absolutum pristini domini magis sit signum consensus, quam protestatio-

1) Cf. Mémoires des Comm. T. I. p. 424; et p. 416, sqq.
Günther. I. II. p. 124, 123.

Grotius. De J. B. & P. I. II. c. VI. § 9; Martens, T. I. p. 396, 397.

• nis habendum. Quod ad tempus¹⁾ attinet, nil efficere potest, nedum actus injustos ab initio, temporis lapsu justos reddere.

§ V.

DE MORE STIPULANDI INTER GENTES

UTI POSSIDETIS, QUI DICITUR.

Ad difficultates, quae plerumque de possessione oriuntur, tollendas, lapsu temporum introductum est, ut foederibus, quibus bellum finitur, stipulatio insereretur pecularis, ut *possessa quisque retineret (uti possidetis)*; nimirum possessa tempore, quo pax componitur, sive ea, quae ante bellum aut ab aliquo inde termino, bello flagrante, utrimque fuerint *possessa, occupata et vi ablata*. Exempla habemus illustria in foederibus Ao 1667 Bredae ictis²⁾.

1) Heffter. I l. p. 24 postquam de praescriptione locutus esset, dicit p. 23 «hundert Jahr Unrecht ist noch kein Tag Recht.»

Vattel, Dr. d. G. I. III. c. 42 § 192.

2) Vdr. G. F. de Martens Précis du Dr. d. G. § 333, H. Wheaton. Élém. de dr. intern. T. II. p. 241 (*L'uti possidetis, base de tout Traité de paix, à moins de Convention expresse du contraire*)

Cfr. Grotius Annales et Historiae de rebus Belgicis. Hist. I. XVII. p. 765, 766, 767 alia.

Sic in art. VII. hujus Tractatus dicitur: "Le Roi Très-Chrétien rendra au Roi de la Grande-Bretagne, ou à ceux qui auront Pouvoir et Mandement de lui, dûment scellé du Grand Sceau d'Angleterre, la partie de l'Île Saint-Christophle, que les Anglais possédaient le premier jour de Janvier 1665 avant la dernière guerre," dum in articulo XII. statuebatur: "Le Roi Très-Chrétien restituera aussi les îles appellées Antigoa et Monsarat, si elles sont encore à présent entre ses mains; et encore toutes les Iles, Pays, Forteresses et Colonies, qui peuvent avoir été conquises par les Armes du Roi Très-Chrétien, devant ou après la signature du présent Traité, et qui étaient possédées par le Roi de la Grande-Bretagne, avant qu'il eût commencé la Guerre."

Fere omnibus articulis hujus foederis hujusmodi restitutions jubentur.¹⁾

Hic mos viget etiam nostris temporibus, quin, basis exstitit omnium pacis foederum.²⁾

1) Vdr. Lettres et Mém. du Comte d'Estrades T. V. p. 393-405.

2) Cfr. Koch. Abrégé de l'Histoire des Traités de Paix T. IV. p. 15 Paix de Carlowitz, p. 44 Paix de Passarowitz; p. 80 sqq. Paix de Belgrade.

Vdr. Recueil manuel et pratique de Traités, Conventions, etc. par Ch. de Martens et F. de Cussy T. II. p. 271 Paix d'Amiens 27 Mars 1802 Art. 3, 5, 7. T. III. p. 11. Traité de Paix, entre la France et les Puissances alliées, signé à Paris le 30 Mai 1814 art. 2, 3. Traité du 20 Nov. 1815 art. 4.

§ VI.

*Quaeritur, utrum occupatio insulae Labocean, et partis
Septentrionalis insulae Borneo, ex conventione
A. 1824 cum Anglis inita, impugnari possit?*

Restat ut paucis videamus de lite, quae proximis hisce annis Anglos inter et Batavos agitata est, quam silentio praeterire, quaestionis¹⁾ momentum vetat.

Nobis igitur examinandum est primum, utrum occupatio insulae Labocean jure, nequaquam violato Tractatu 17 M. Martii 1824, facta sit? Considerantes unice situm istius loci opportunum, et proximitatem insulae Borneo, non facile negabimus nostratis gravibus fuisse rationes, ut contra occupationen a parte Anglorum protestationem facerent. Priusquam autem ad ipsam quaestionem accedamus, attendenda est nobis occupatio insulae Balambangan.

Scilicet, postquam Angli saeculo superiore frustra conatabant, sedes figere in ipsa vastissima regione Borneo, post multas difficultates A. 1766 impetrarunt a rege in-

1) Vdr. G. K. van Hogendorp. *Bijdragen tot de Huishouding van Staat.* T. X. P. 71, sqq., p. 303—314. Coll. *Tractatu A. 1824 artt. 3 § 2, 6 et 12.*

sularum Solooensium, ut in insula Balamangan stationem mercatoriam aedificare liceret, quin etiam rex ille partem regionis quamdam in Septentrionali Borneo, quae ad dominationem suam pertinebat, illis cessit.¹⁾

Hanc concessionem Angli in commodum commercii, praesertim cum vicino regno Sinensium verterunt, nec vero ante annum 1773, septem igitur annis post, impetrata illa licentia usi sunt; quin etiam brevi post (1775) conatus ipsorum irriti sunt facti, aggressione et irruptione piratarum, qui eos coegerunt hancce stationem derelinquere; vix fugerunt in insulam prope sitam Laboean, quam eodem anno etiam deseruerunt. At a^o 1803 Angli restaurarunt stationem, olim aedificatam in insula Balamangan; quia autem magni admodum erant sumptus, huic stationi impendendi, non multo post, iterum illam dereliquerunt. Ab hocce inde tempore Angli nullam sedem fixerunt in hisce insulis, neque etiam in Septentrionali parte insulae Borneo.

Minime constat, nostrates ante vel post Anglos, hasce insulas subjecisse; aetate saltem Societatis Indiae Batavicae nullum in hisce insulis vestigium dominationis invenimus. Nullum igitur erat impedimentum Anglis, quin

1) Vdr. Bijdragen tot de kennis der Nederl. en vreemde kolonien, etc. (Utr. 1846) p. 509.

derelictas antea sedes rursus occuparent, quas nemo alius possideret, aut in quibus dominii signa nemo reliquisset talia, de quibus in priore parte hujus speciminis locuti sumus, quae jura, ab aliis rite acquisita, tueri possent.

Videamus igitur, num aliud quid Anglis obstiterit, quominus hasce insulas sibi vindicarent. Conventio A. 1824, aiunt nostrates, violata est, nam art. VI vetat: »dat door de beide Gouvernementen aan hunne Officieren en Agenten in Oost-Indië bevel zal worden gegeven, om geen nieuw kantoor op een der Oostersche eilanden op te rigten, zonder voorafgaande magtiging van hunne respective Gouvernementen in Europa.«¹⁾

Primo aspectu igitur, videretur Tractatus re vera esse violatus; si autem cogitemus in illo certas²⁾ quidem insulas esse nominatas, ex regulis »inclusio unius exclusio alterius« et »qui dicit de uno, negat de altero,« non injusta dicenda foret occupatio. Batavi autem vi ac ex mente illius conventionis vel sibi asseruerunt, vel asserere sibi posse, dominationem in toto Archipelago Indico exis-

1) Tractatus 17 Martii A. 1824 art. 6.

2) Tractatus Art. 12 «dat geen Britsch kantoor zal worden opgerigt op de Carimons Eilanden, of op de eilanden Bantam, Bintang, Lingin, of op eenige der andere eilanden, liggende ten Zuiden van straat Sinkapoer, etc.»

timarunt, et Tractatus verba tam certa et aperta sunt, ut omnem simultaneam occupationem in Continenti ab una, in Archipelago ab altera parte¹⁾ prohibeant. Insula vero La boean, Batavis numquam cognita nedum occupata fuerat, et, quod ex verbis Administri Coloniarium²⁾ patet, extra limites territorii nostri posita erat; ita ut occupatio ab Anglis facta nequaquam posset violatio dici, quin etiam consentanea videatur principiis Juris Gentium de acquirendo domino, quae supra exposuimus.

Concludimus igitur, hujus insulae occupationem non adversari Tractatui A. 1824, minime vero praeceptis Juris Gentium.

Paulo intricior est quaestio de occupatione partis Septentrionalis insulae Borneo³⁾, quia hujus magnam partem tenemus, quae jam tempore Societatis Indicae Batavis obtemperabat, sive cessione facta in favorem Societatis, sive etiam bello subjecta⁴⁾.

Talibus modis dominium acquiri posse, nemo est qui

1) Tractatus art. I.

2) Moniteur des Indes, T. III, 347.

3) De momento hujus insulae, praesertim et partis Septentrionalis contestatae, Vdr. G. K. van Hogendorp, Bijdr. tot de Huish. v. Staat. T. X. p. 71, sqq., Coll.

Tijdschrift van Nederlandsch Indië, Jaargang 1849, 1e, 2e, 3e en 4e Afl. passim.

4) Cfr. Bijdragen land. p. 506, 507 en 508; Pestel, Comm. de Rep. Bat. T. I. p. 167.

dubitetur. Ubi autem hoc de magna parte insulae Borneo dicimus, idem contendere non debemus de dominatione, quae nostratis competeret in Borneo Septentrionali. Non agnoscimus, ut supra monuimus, occupationem, nisi quae animo et corpore facta sit; praeterea non admittimus occupationem immensae regionis, in casu insulae Borneo, nisi facto aut externo actu voluntatis constet, talem occupationem locum habuisse. Haec fortasse aliquatenus hic in censem venire possent; missis autem hisce, de quibus lis facile oriretur, nullam sane mentionem tempore Societatis Indiae Batavicae invenimus de modo, quo hujus insulae pars Septentrionalis Societati fuerit acquisita, quin imo Societas Indica nulla pacta commercii cum rege illius regionis¹⁾ inivit.

Hic autem modus imprimis tum valebat, uti et nostro tempore²⁾, ad acquirendum jus in tali regione, exclusis aliis. Post dissolutam Societatem Indicam, non magis patet regnum nostrum operam navasse hujusmodi tractatui cum rege aut populis illis ineundo; utilitatem quidem viderunt nexus ac commercii cum illis, unus alterve Praefectus aut Officialis³⁾, attamen nullae initiae sunt proprie

1) Bijdragen I. I. p. 508.

2) Annales du Parlement Français, T. VI., fasc. 7. affaire Taïti.

3) Vdr. Bijdragen p. 516 et laudati scriptores, coll. Tijdschr. van Nederl. Indië ao. 1849 fasc. 1, 2 et 3 passim.

conventiones. Verosimile quidem est, si Angli tempore initi Tractatus stationes habuissent in insula Borneo, eas eodem modo atque possessiones in insula Sumatra¹⁾ regno nostro cedendas fuisse, ut omnis territorii quaestio de medio tolleretur²⁾.

Tum vero Angli nusquam ibi sedes habebant; nonne igitur mirum foret Anglos arceri ab occupatione partis septentrionalis hujus ingentis insulae, praesertim cum in Tractatu laudato illius nec vola nec vestigium inveniatur³⁾?

Igitur et haec occupatio potest non injusta, sane non violato Tractatu A. 1824 dici, quod ipsa verba Administrati Coloniарum, de occupatione regionis Serawak ab Anglis, testantur: "de plaats waar hij (Brooke) zich vestigde, lag buiten hare onmiddellijke Souvereiniteit, en zijne daad had geenerhande officieel karakter⁴⁾."

Quodsi rcm ita considerabat Administer, quis neget occupationem juste fieri potuisse?

Caeterum liberum fuisse regi partis Septentrionalis insulae Borneo, nemini obnoxio, concedere cuicunque vellet, exercitium commercii faciendi cum incolis, quis non dicat?

1) Tractatus a. 9 , 11.

2) Melvill de Carnbee, Moniteur des Indes Orientales et Occidentales, T. III. , p. 346.

3) Vdr. Tract. a. 12. al. 1.

4) Bijdragen cit. p. 512 , 513.

Plura de hacce controversia afferri possent, si rem ab initio et historica disquisitione illustrare, in animo fuisse. Multum utrimque de hac quaestione scriptum est; profecto dolendum, Anglos de regione nobis utilissima et ditissima¹⁾ magis fuisse sollicitos, et nostrates in occupanda illa antevertisse.

1) Cf. Melvill de Carnbee, Moniteur des Indes Orient. et Occ. T. I. p. 295, T. II., p. 217, 227 et 271, T. III. p. 346. Bijdr. tot de kennis der Ned. en vreemde koloniën (1843) p. 506—521.

TANTUM.

T H E S S.

I.

Non adsentiendum videtur Clar. v. Savigny, propter mutuam pecuniam tantum antiquitus addictionem locum habuisse.

II.

Non probanda Voetii sententia, statuentis: si *dominus* rem, creditori suo oppignoratam, surripuit, eam usucapi non posse, nisi ad creditorem reversa sit; si autem *bonae fidei possessor* pignori dedit et surripuit et vendidit, eam usucapi posse, licet ad creditorem reversa non sit
Contrarium statuendum esse existimo.

III.

Filius familias minor, qui pecuniam mutuam jussu patris accepit, in integrum restitui potest.

IV.

Illi, cui usus rei relictus est, ipsa res tradi debet.

V.

Art. 1950 C. C. spectat illos tantum, qui tempore quo testimonium dicendum est, famuli sunt rei.

VI.

Rei vindicatio competit in quemlibet detentorem, e. g. depositarium, nec differt, an dominus vel alius apud eum deposuerit.

VII.

Batavus in India Orientali domicilium habens, ad Judicem Neerlandicum in jus vocari potest.

VIII.

Codices mercatorum contra hos probant , licet non
adsit diarium.

IX.

Domino , cuius consensu merces in foris navis (*overloop*)
positae sunt , actio de jactu competit .

X.

Non probandum est , quod status decoctionis demum
per rehabilitationem finitur .

XI.

Furtum , a tabellariis , sive postarum publicarum offi-
cialibus admissum , lege accuratius definiendum , et singu-
lari poena vindicandum est .

XII.

Magister navis , qui falsam avariae declarationem (*zee-
protest*) fecit , neque falsi neque perjurii poena afficitur .

XIII.

Jure non existunt judices, qui cognoscant de controversiis ad Rhenanam navigationem pertinentibus (*Rhynvaartregters.*)

XIV

Decretum, quo nonnulli portus liberi (*Vryhavens*) facti sunt, commercio Indico prodest.
